

Satyra

mox

Parenesis ad Hominem bene natum

sed male animatum

25

Accede quisquis es
Si quis es, haec lecturus,
Et mirare

Miras mihi Hominis Virtutes:
Qui non vivit, dum vivit
Vivet, quando vivere desinet.
Vivere semper dignus, nisi viveret

Rede
Quoties nominari audies,
Lidendum hoc Caput, nec sine visu dicendum.
Nomen scire aures, Lector!

Est Chami et Otij

Siste Lector

Omen in nomine

Salva dignitate Mustris stirpis dixerim:
Conveniunt rebus nomina saepe suis.

Mustris Familia sua famulum se ostendit ^{Familia}
Non Filium ^{et Natalium}

Haereticum non Haerodem

Haeret Mustris Stemmatibus, et Nominibus

Non Virtutibus

Non Nominum autem Virtus est, sed Hominum
Sic bonis Stirpibus agnascuntur Malones,
Et saepe malos ramos agunt bonae radices.

Optime ad pessima natus.

Optimi Parentis degener Filius.

Felix futurus Parentis, si nunquam genuisset

Filium, quem quisque natus optasset, nisi natum vidisset

Adde aliquando gloriosius est, cum filius pervisse familiae Memoriam.

Quam pervisse in filiis.

Acuto in pessimis ingenio est, obtuso in optimis.

Optimi ingenij, pessimi genij:

Indolis suae vim in delis ostendit

Lex aliorum semper, nunquam sui

Ut vitia tegeat, togatus fieri voluit

Tamen nunquam magis verendus, quam reuereendus.

Uti dignus, quoties Zelo arsit

Malis favendo, favorem bonorum perdidit.

Perditus, quia malis deditus

Maluit anteire malos, quam bonos sequi

Consilia illius nunquam fuisse solida, quia solida

Maiora deliquit, minora fecit.

Inimicitij

Inimicitij et Scleribus inclarescere voluit,

Quia Virtute non potuit.

Redivivus Herostatus.

Ille Veneris Templum accendit,

Hic Veri Dei adem factioris Consilij evertere voluit.

Uterque immortalitate indigni

Quia immortalitatem rapere sibi volueret, mereri non potueret.

Ad Procuratoratus honorem in Templo D. Stanislawi promotus,

Ut promoveret Ecclesiae bonum,

Sed movit Ecclesiam, non promovit

Invisor potius, quam Procurator.

Offendit saepe, nunquam defendit dictam Ecclesiam

Proesse voluit, ut obesse posset

Obfuit, quia praefuit,

Nunquam obfuisset, nisi prodesse potuisset,

Obfuit, quia prodesse potuit

Obfuit semper, nunquam praefuit,

Quia in Asylum ob facinus (quod taceo) fugerat,

Nec praesens unquam esse potuit.

Sed Ecclesia Vitam sibi dari sensit, cum ab illo accipere illam non debuit

Quoties pro Deum! ardere inimicitiae inter Nationales,

Quando se Zelo in Deum ardere videre voluit.

Ecclesiae bonum, et Dei gloriam praetexit semper,

Quando inimicitias inter Nationales texuit.

Sed facer Civiles, quas inter Nationales accendit,

Sui proprii honoris dispendio vestinxit.

Documento futurus;

Integrum natam, diuisum mergi.

Romam Venit, ut rediret in Patriam ^{Roma profligata}

Noluit, sed iussus ab illo, qui iubere potest, redire debuit.

Sic liber et ingenuus, qui venerat Romam

Roma Exul redit in Patriam, utinam Patriam

Sed meruit Exilium, qui nunquam auxilium mereri voluit

O Te miserum!

Quo ibis nunc afflicte, qui toties afflixisti?

Roma Exul, in Patria invisus, singularis odiosus.

Sic dolor, sequitur dolor

Laceraberis, qui toties lacerasti.

Vulnus patieris, quod toties fecisti.

Sapere discies, dum Te perire senties.

Ardeasurus, non perire illos, qui se perire sentiunt,

Quia